



Universitätsbibliothek Paderborn

Res Gestae Illvstrissimo-||rvm Martyrvm, Con-||fessorvm Atqve Sancta-||rvm Virginvm ...

Eorvm Praecipve, Qvae Per|| R. P. L. Surium sex Tomis compraehensae
sunt:|| et nunc restrictis verborum ambagibus ... ad ... D.|| Caesaris
Baronii Chronologiam|| digestae ac in quatuor Tomos distributae

Lippeloo, Zacharias

Coloniae, 1595

VD16 ZV 18288

S. Hospitij Reclusi Confessoris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-43699](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-43699)

Recusat epi
scopatum?

ense, & Vrbinatē, Episcopus electus est: sed ille, ut
posset vberiora animarum lucra, concionando, fa-
cere, eos honores recusauit. Pontifex autem Euge-
nius, tantò magis eo honore illum dignum existi-
mans, suis ipse manibus mitram capiti eius impo-
nens, Pontifici gratias egit: orans atq; obsecrans,
ne vellet ijs compedibus, à salute proximi procu-
randa, eum vincire. Romam, quandoq; ad conco-
nem iturus, in ipso itinere, claudum, miserabili ve-
ce, opem eius implorantem vidit. Cui Bernardi-
nus: credis, inquit, in Christi nomine, me tibi sani-
tatem reddere posse. Ille respondente: credo vi-
que, posse me, à Deo, eam, per preces tuas, adipisci.
Tum vir sanctus porrecta manu, è terra eum suble-
uauit: prorsusq; incolumen à se dimisit.

Claudum
sanat.

Obitus eius.

Post hæc aliq; miraculorum signa in Apullia
iturus, in ipso itinere, morbo prægrauatus, agra-
lam declinavit, vbi, in quodam sui Ordinis conuo-
bio, lætus, ex mortali corpore, ad cælos migravit.
ætatis suæ anno 63. Corpus eius, cum ad montem
sterium, extra urbem illam situm, deferretur, si-
dus quidam virtute aquæ illius qua ablutum fre-
rat, auditum recepit. Quo audito miraculo, mox
in urbem relatum est, in Franciscanorum conuo-
um, vbi præter alia admirandæ virtutis miracula
iuuenis quidam vita functus, excitatus est.

DE HOSPITIO RECLUSO EX GREGORIO
Turonense. Hist. Francorum. lib. 6. cap. 6. c.

21. Maij.

Vide raram
abstinentiã.

A Pud urbem Niciensē, Hospitius, magis
abstinentiæ vir, ferreis cathenis, ad corpus
constrictus, indutusq; desuper cilicio, sic
pane, cum paucis dactylis, vitam sustentabat.

NI
 st; sed ille, ve
 tionando, fa
 autem Engi
 ignum exini
 ri eius impe
 miffione de
 q; oblectans,
 oximi procu
 oq; ad concio
 miserabili vo
 Cui Bernadi
 me tibi fami
 te: credo ve
 suas, ad ipse
 rra eum labo
 ifit.
 na in Apulla
 auatus, Aqu
 Ordinis scio
 los migrare
 m ad mont
 eferretur, fa
 a ablutum fr
 miraculo, mo
 orum cecebo
 utis miracul
 us est.
 EX 6. cap. 10.
 pitus, mag
 enis, ad corp
 er cilicio, sic
 fuffentabat.

diebus autem Quadragesimæ. solis herbarum ra
 dicibus, quibus Eremitæ in Agypto vtuntur, ale
 batur. Magnas autem per eum virtutes Dominus
 signatus est operari. Nam quodam tempore, diui
 nus edoctus, Longobardorum in Gallias aduen
 tum cognouit: & ciuitates septem, propter impu
 nitam flagitiorum omnium licentiam, deuastadas
 praedixit: monuitque cunctos, vt tempestiua fuga,
 tam calamitatem deuitarent. Quibusdam autem
 pietatis cultoribus, qui pia ab eo monita frequen
 ter hauriebant, dicentibus, se nullo modo eum de
 dere velle, ait: Nolite pro me timere: futurum e
 um est, vt iniurias quidem mihi inferant, sed ne
 s qua morte multare poterunt. Non multo post
 tribunda gens, eò veniens, cuncta depopulata est.
 amque ad locum, vbi sanctus reclusus erat, perue
 nit, aditum, quo ad eum ingrederetur, inuenire
 non potuit. Tum verò, duo ex eis, tectum per vim de
 scenderunt, visosq; viro cæthenis cincto & aspero indu
 tilicio, arbitrati sunt eum maleficum esse: voca
 ueruntq; interprete, sciscitati sunt ab eo, quid mali fe
 cerat, vt tali supplicio arctaretur. At ille homici
 dium se esse, omnisq; criminis rerum fatetur. Tunc
 eum euaginato gladio, capite eum trūcare voluit,
 ecce, dextera, in ipso ictu, suspensa dirigit: nec
 potuit ad se reuocare potuit. Hæc videntes socij, cla
 more in cælum sublato, flagitarunt à sancto, quid
 ei importaret. Ipse igitur imposito saluris signo,
 crucium sanitati restituit. Ille autem, eodem in
 signo, Christi se obsequio totum mancipauit, ac
 in capite, sub seueriore monastica vitæ disci
 plina, strenuè omnipotenti Deo militauit. Multi
 a demonijs correpti exagitabatur miserè, quib.
 sanctus, imposita manu, sanitatem restituebat.

Longobar
 dorum in
 Gallias ad
 ventū præ
 dicit.

Signo Cru
 cis sanat bra
 chium.

Yy 2 Post

Post hæc quidam Andegauensis incola, nimia febre exhaustus, linguæ auriumque officium perdidit, quem vir Dei vocatum ad se oleo sancto orienticis; eius infuso, protinus sanum & incolumem reddidit. Quo permotus miraculo quidam à natiuitate cæcus, duobus aut tribus mensibus, in monasterio orationi ac ieiunijs se totum tradidit: tandemq; à S. Hospitio vocatus, oleoq; benedicto inunctus, in Christi nomine lumen recepit. Dehinc mulier quædam tribus dæmonijs obsessa, ab eodem viro sancto, oleo sancto & crucis signo benedicta, à sæuis hospitibus liberata est. Sed & aliam puellam, immundo vexatam spiritu, benedictione sanauit.

Vide rigiditatem vitæ.

Obitus eius.

Cùm autem iam dies obitus eius appropinquaret, vocauit ad se ciuitatis Nicienensis antistitem, ut eum post mortem sepelire dignaretur. Instante igitur mortis hora, cathedras, quibus vincens erat, deposuit, & corpusculum, quod, scatentibus vndique veribus, intolerabili cruciatu afficiebatur, humi prostravit: deinde, tota mente precibus intentus, vni lacrymarum profudit: eleuatisq; ad cælum manibus, gratias Deo agens, spiritum tradidit.

VITA BREVIS S. MARTIANI RAVENNATIS Archiepiscopi. Vt habetur libro primo historiarum Hieronymi Rubei, de gestis Rauennatum.

22. Maij.

S Apollinaris, Rauennatum Apostolus, diuinitus factus certior, fore, ut breui Rauenna exularet, ac subita opprimeretur calamitate, capiteq; oppugnaretur: ne Rauennatem ecclesiam, absq; pastore relinqueret, duodecimo postquam accesserat anno, sacerdotes binos instituit, Aderitum & Calocerum.